



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Cap. V. Liunia, Liefland Germanis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

## CAPVT VI.

*Liunia, Liefland Germanis.*

**I**TA dicta videtur, aut ab *Effluis* populis, aut meliùs à *Liunionibus* quorum Ptolemæus meminit. Eius longitudo à Narua ad *Memel* porrigitur, latitudo à mari Balthico ad lacum Peipum *Peibas*, aut *Beibas*. Regio est frumenti diues. Paruit diu Equitibus Engiferis, seu Liuonicis, sed demum ij vniti sunt sub Gregorio IX. Pontifice cum Equitibus Teutonicis, qui aliter Crucigeri, & Prutheni dicebantur, & exinde Magistrum Teutonicum agnouerunt, eique tributum pensitarunt, quod per soluto pretio extinxit Volterus Pletenburgus, precium Albertus Marchio Brandeburgicus recepit, factusque Volterus Imperij Princeps, sed coactus est se turpiter submittere Sigismundo I. Poloniæ Regi. Sigismundus autem Augustus post mortem Guilielmi de *Furtemberg*, quem milites cum arce Felino Moscho prodiderunt, compulit eius successorem Gotardum Ketlerum abdicare se magistratu, sed eum sic creauit Ducem Curlandiæ, & Semigalliæ, vt etiam ad posteros transmitti posset, erat enim ille Lutheranus. Anno autem 1626. Gustauus Suecus addidit reliquam Liuniam, Estoniæ, quam ab anno 1561. Erricus Moscho eripuerat, indigenis per Carolum V. iussis à quocumque vellent auxilium implorare contra crudelitatem Russorum, & maximè Ioannis Basilij eorum Imperatoris, veriùs tyranni.

§. I. *Estonia, siue Estlandia, Esten, seu Eistland.*

ESTONIA	}	Fellinum: <i>Fellin</i> , ad Fl. Fellam, castrum vbi proditus
PROPRIA		à suis Magister Ordinis Liuonici.
<i>Esten.</i>	}	Taurus: <i>Taur</i> , seu <i>Tarnest</i> , à Lithuanis diruta arx.
		Hapselia: <i>Hapsel</i> , ad sinum vrbi cognominem, Episcopalis, cui vnita sedes Oeseliensis.
VIKECHZ-	}	Loda: <i>Lode</i> , arx munita, bello Sueuico famosa.
LANDIA		Lehalium: <i>Lehal</i> , castrum & ciuitas, vbi nobile virginum cœnobium.

Vikeſland.	OESI- LIA Infula Oeſel.	Arnsburgum : <i>Arnsburg.</i>	Arces olim prodiæ Da- nis à fratribus Crucige- ris, & eas Rex Daniæ poſſidet.
		Sonemburgum: <i>Sonembourg.</i>	
VIRLAN- DIA, ſeu VIRIA Virland.	Narua, ſeu Naruia: <i>Narue</i> , ad Fl. cognominem è re- gione <i>Iuanogorod</i> , emporium nobile. Veſemberga: <i>Veſemberg</i> , arx & Capitaneatus. Tolſburgum: <i>Tolzbourg</i> , ad finum Balticum.		
HARIA <i>Harie.</i>		REVALIA: <i>Reuel</i> , ſeu Riualia præcipua totius Eſtoniæ. Badifium: <i>Badis</i> , caſtrum & monaſterium prædiues.	
GERVENLANDIA, ſeu IERVIA, <i>Geruenland.</i>	Vitenſteinum: <i>Vitenſtein</i> , arx vnica hu- ius tractus, Polonis <i>Bialy kamien</i> , hoc eſt albus lapis.		

§. 2. *Litlandia*, *Leitland*, *Gallicè Letten*.

RIGA: *Rigen*, aut *Rig*, olim vrbs Archiepiſcopalis, duplici foſſa vallata ad Duinam Fl. *la Dune*, olim Equitum Teutonicorum ſedes, & curia.

Dunamunda: *Dunamond*, arx aditu difficillima: hinc olim Dani à nauibus tributum exigebant.

Valmaria: *Valmar*, ſeu *Volmer*, ciuitas & caſtrum, ad Fl. *Trideram*.

Segenuoltia: *Segenuolt*, cum caſtello ad Fl. *Treider*, Mareſcalli primi à Magiſtro ſedes.

Mariemburga: *Mariembourg*, in lacu caſtrum munitiſſimum.

ARCHIEP. RIGENSIS	}	Riga: <i>Rigen</i> , de quâ ſuprà.
		Kokenhuſium: <i>Kokenhaus</i> , arx & ciuitas munitiſſimæ.
		Conemburgum: <i>Conembourg</i> , arx cum ciuitate.

EPISCOP. TORPA- TENSIS	}	Torpatum: <i>Derpt</i> , ſeu <i>Derhet</i> , aut <i>Dorpat</i> , ad Fl. <i>Becum Embek</i> , cum arce in colle munitiſſimâ.
		Neinhuſium: <i>Neinhaus</i> , bello Ruſſico celebre.

§. 3. *Curlandia*, *Curland*.

CVRLAN- DIÆ DVCATYS	}	VENEDA: <i>Venden</i> , aliter <i>Vindou</i> , ad Fl. cognominem, Polonis <i>Kieſſ</i> , vrbs Episcopalis nūc vnica à Sixto V. procurante eam ſedem Stephano Batorio Poloniæ Rege.
---------------------------	---	--

*Duché de Curland.* { Godlinga: *Godlingen*, vbi aliquando commoratur Dux Curlandiæ, creditur primaria Ducatus ad Fl. *Vindouu*.

SEMI-GALLIA { MITAVIA: *Mitauu*, aut *Mitouu*, vbi ferè degit Dux Curlandiæ in loco irriguo condita.

*Semi-gallen.* { Solemburgum: *Solembourg*, arx & præfectura.  
Doblinum: *Doblen*, castrum perelegans.

C A P V T V I I.

*Regnum Danicum.*

**F**X duobus regnis conflatum est Danico & Noruegico, quæ quando firmius coaluerint supra docuimus. Cùm ergo sub Christiano primo Sueci defecissent, & in rebellionis communionem Noruegi venissent, postea pollicitationibus huius Christiani hi reuocati sunt, & exinde in fide perstiterunt, atque eorum ope Rex Daniæ vindicauit sibi, aut detexit Insulas, de quibus postmodum in Noruegiâ agemus.

§. I. *Dania in genere*, le Dannemark.

N V M. I. *Nomen.*

NOMEN credunt omnes à Dano primo Danorum Rege deductum, ideóque dictam *Danmarchiam*, quasi *Terram Dani*. Philippus tamen Cluuerius, vt supra in veteri Scandia notauimus, hoc nomen primò deducit à voce *Theuth*, quæ Deum sonat, & postea à Saxonibus *God*, vnde qui antea *Theutoni* dicti Godani, ex quo primâ syllabâ expunctâ Dani dicti sunt. Alij à voce *Daneman*, quæ dictio viros aquosos significat, à voce *Aha*, quæ illis est fluius.

N V M. 2. *Quantitas.*

QUANTITAS Daniæ non satis commodè proferri potest. Quia multas Insulas complectitur, & continens crebris æstuariis lacinatur, si tamen ex cælo terræ mensura colligi potest, eius *latitudo* Geographica desumitur à gradu 54. ad 57. cum dimidio, ac proin-